



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1846**

XXVI. Die Herzogin Anna von Breslau stiftet eine tägliche Messe für ihren  
verstorbenen Gemahl den Markgrafen Hermann bei den Johannitern zu  
Werben, 25. Juli 1313.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

**XXV.** Der Rath zu Werben errichtet die heilige Geist-Kapelle und verpflichtet den Johanniter-Orden durch einen seiner Brüder die tägliche Frühmesse darin halten zu lassen, am 8. März 1313.

Nos Consules vniuersi ciuitatis Werben — notum esse cupimus — quod nos ciues ciuitatis predictae licenciam petiuimus a magistro fratre helperico dicto de rudincheym, priore sacre domus hosp. s. Joh. Jerf. per alemanniam, ut capellam cum domo possemus in predicta ciuitate in honorem sancti spiritus nobis licite comparare. Huic petitioni idem prior acquieuit: ob id nos ciues iam dicte ciuitatis in salutem nostrarum animarum, tam presenciam quam predecessorum ac successorum nostrorum eidem ordini videlicet s. Joh. Jerof. contulimus centum marcas condicione tali mediante, ut perpetue qualibet die vna missa in ipsa capella ab vno dicti ordinis fratre teneatur secundum horas subsequentes videlicet tempore hyemali primo diluculo, tempore uero estatis infra matutinas hec predicta missa decantetur, quibusdam tamen festiuitatibus inde demptis, videlicet festo pasche, pentecostes natiuitatis domini cum tribus diebus proximis sequentibus ista festa etc. — Insuper ne quis error seu suspicio de predicta pecunia uidelicet C. marcis oriatur cupimus enodare, quod LX marcas eiusdem pecunie ipsi fratres iubente magistro iam pretacto expenderunt pro vno manso in Wlveswinkel, quem ad usus domus scilicet werben reemerunt, qui prius a domo iam dicta uenditus fuit pro totidem denariis eidem domui penuria incumbente, residuas uero XL<sup>ta</sup> marcas fratres sepe tacti ordinis expenderunt pro eiusdem domus solutione debitorum. Igitur ut omnis error seu controuersia inter fratres parte ex vna et nos ciues predictae ciuitatis parte ex altera plenius euitetur, placitis utriusque partis ordinauimus, ut omnis elemosina ad truncum eiusdem capelle posita, qui truncus duplici fera feratus, quarum ferarum vnā clauem plebanus aliam uero nos consules obseruemus, uerum eciam elemosina in testamentis legata uel in tabula oblata, equaliter cum plebano diuidatur. — Acta sunt hec presentibus uiris ydoneis in dote Werben scilicet fratre gheuehardo de Wantfleue, fratre J. de briceke plebano et fratre henrico de kare et capellano magistri fratre euerardo et fratre her. de rumrode, Jacobo de posewalk, henrico clementis et Boldewino, Henrico de wentmarke, petro de posewalk, volperto de snakenborch, ludekino druckescers, qui tunc temporis consules eiusdem ciuitatis exitebant. Dat. anno dom. M<sup>o</sup>. CCCXIII<sup>o</sup>. VIII<sup>o</sup>. id. Marcii.

**XXVI.** Die Herzogin Anna von Breslau stiftet eine tägliche Messe für ihren verstorbenen Gemahl den Markgrafen Hermann bei den Johannitern zu Werben, am 25. Juli 1313.

— Nos anna, dei gracia wratizlauenensis ducissa, quondam Brandenburgensis Marchionissa — pro salute animarum Marchionis hermanni principis iuncti, quondam thori nostri consortis, felicitis memorie, progenitorum quoque suorum ac nostrorum, Trium quartalium agrorum, quos iacobus de Posewalck, in Werben ciuis, noster dilectus et prouidus, sua pecunia comparauit in villa Clince sitorum proprietatem donauimus et per presentes donamus, filii nostri karissimi, domini woldemari, Brand. marchionis, prncipis iuncti, uoluntate Nichilominus accedente, Religiosis uiris fratribus sancti Johannis domus hospitalis in Werben iusto proprietatis titulo ipsos agros perpetuis Temporibus libere possidendos, Renunciantes omnibus iuribus, precariis, seruitiis et aliis quibuscumque angariis, que nobis et nostris successoribus in posterum cedere poterint de Eisdem. Pro quo predicti fratres vnā missam diebus singulis in perpetuum seruabunt et seruare debent nullo die obmisso pro salute animarum omnium predictorum — Presentibus famosis et strenuis Militibus uidelicet domino

frederico et domino Gheuehardi (sic) de Aluenfleue, domino Heinrico Schenken, domino Droysekone, domino de koningemark Ottone, quorum vs̄ sumus consiliis in hac parte. Datum anno domini Millefimo Trecentesimo XIII<sup>o</sup> in Werbelino, jn die beati Jacobi apostoli.

Fehlerhaft in Gercken's Fragm. I, 52.

**XXVII.** Barthold und Alverich von Redichsdorf verkaufen den Dienst von einem Hofe in Neuenkirchen an dessen Besizer, am 23. Nov. 1313.

Nos fratres dicti de Redingefeldorp, bartoldus et aluericus, recognoscimus — Quod nostri fratres seniores, bruningus et Meinardus, vendiderunt cuidam burgenfi in Werben, Hinrico dicto de brizike et mechtildi vxori sue necnon et eorum filiis hinrico et Johanni et singulis quoque eorum heredibus seruicium, quod nobis predicti debebant de curia Nienhoue a parte iurisdictionis similiter et de agro iuxta prenotatam curiam sito, pro XIII marcis argenti. Attamen nos fratres memorati bartoldus et Aluericus, aliquamdiu huic vendicioni consentientes minime, sed magis ipsius hinrici de brizeik Heredes pro huiusmodi seruicio infestauimus. Nunc autem ad nos fratres ordinis hospitalis s. ioh. videlicet Johannes et Jacobus et sepedicti heredes venere nobisque tantum fauoris et muneris erogarunt, quod ipsos omnimode de prenotato seruicio damus et reddimus supportatos et liberos et de agrorum dictorum censu. Insuper si contingeret, quod dicti heredes aliquo modo essent hec bona, de quibus sepe mentio est orta, vendituri, nobis primo et principaliter pro tanta pecunie summa, quanta a nobis emerunt sub emptionis nomine, debent similiter exhibere et nos eciam, si nobis predictis fratribus bartoldo et aluerico nostra bona predictae curie adiacencia vendere contigerit, predictorum heredibus debemus primitus, si volent emere, exhibere. Huius vero testes sunt geuardus de wansleue, iacobus poswalk, dominus godekinus de nizow plebanus, Johannes de brandenburg, boldewinus et frater eius, hinricus Westual. — Actum et datum nizow, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XIII<sup>o</sup>. in die clementis martyris.

**XXVIII.** Ludwig, Bischof in partibus infidelium, verleiht der Kirche zu Hindenburg einen Ablass, am 28. April 1316.

Frater Lodewicus, dei gr. Marromensis ecclesie episcopus — Desiderantes domino reddere populum acceptabilem quasi quibusdam allectiuis muneribus, jndulgentiis videlicet et remissionibus, inuitamus, vt exinde diuine gracie reddamur aptiores. Omnibus igitur vere penitentibus et confessis, qui ad Ecclesiam parrochiam beati johannis baptiste in hinnenburg causa deuocionis et oracionis acceperint et missam ibidem audierint jn principalibus festiuitatibus videlicet in Natiuitate cristi, Resurrectionis, ascensionis et pentecostes et omnibus sollempnitatibus gloriose virginis Marie omniumque sanctorum et per octauas harum sollempnitatum nec non qui pro fidelibus defunctis orando cimiterium circumierint similiter in anniuersario die dedicacionis eiusdem ecclesie aut presbitero corpus cristi deportanti ad infirmos deuotam fecerint comitiuam vel alias quocunque modo prefate ecclesie manus suas porrexerint adiutrices, Nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum eorum (sic) meritis et auctoritate confisi, quadraginta dies indulgencie de iniunctis sibi penitentiis et